

Anzeigebblatt

für die Erzdiocese Freiburg.

Nro. 20.

Mittwoch den 12. November

1873.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI

P I I

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

CONSTITUTIO

SUPER VICARIIS CAPITULARIBUS NEC NON ELECTIS ET NOMINATIS AD SEDES
EPISCOPALES VACANTES.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

ROMANUS Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurrat, ne diversis interpretationibus materia praebeatur, atque inde Ecclesiasticae disciplinae unitas rumpatur, cum magno Ecclesiastici regiminis detrimento.

Sane juxta antiquam Ecclesiae disciplinam, Sede Episcopali vacante, Dioecesis administratio ad Capitulum Cathedralis Ecclesiae devolvitur; quod olim per se ipsum Dioecesim, toto tempore, quod Sedes vacabat, administrare poterat, vel uni, aut pluribus Dioecesim administrandam committere, libera eidem relicta potestate deputatos eligendi, eisque delegatam jurisdictionem, sive quoad usum, sive quoad tempus arctandi, et constringendi.

At vero Concilii Tridentini Patres animadvertentes gravissima, quae passim oriebantur incommoda ex administratione viduatae Ecclesiae coetui personarum diversi fere ingenii concredita, ad ea vitanda sapienter decreverunt: ut *Capitulum, sede vacante, Officiale seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi, constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in jure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus. Si secus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur, et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut praefertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, et propinquior Episcopus in exempta, Vicarium possit constituere.*)*

*) Sess. 24, Cap. 16 de Reform.

Hujusmodi vero decretum varie interpretati sunt privati canonicarum rerum scriptores. Quidam enim censuerunt posse Capitulum in constituendo Vicario aliquam jurisdictionis partem sibi reservare; alii putaverunt fas esse Capitulo ad certum tempus Vicarium deputare; nec defuerunt qui arbitrati sunt, licere Capitulo Vicarium pro arbitrio remove, et alium substituere.

Recensitae Scriptorum sententiae a nonnullis Capitulis libenter exceptae sunt: quo factum est, ut in hac re tam magni momenti disciplinae uniformitas deficeret, et Tridentinum decretum optatum finem plene non attingeret. Quamvis autem SS. Urbis Congregationes has sententias, suis responsis in casibus occurrentibus, pluries reprobaverint, ita ut ex earum responsis manifeste appareat, quae fuerit mens Patrum Tridentinorum in edendo decreto superius relato; attamen cum nondum omnia ubique ad eam mentem exigi videamus, ad submovendam prorsus quamlibet dubitationis causam vel obtentum, iisdem responsis et declarationibus Apostolicae auctoritatis robur adjiendum censemus. Quocirca Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Potestatis plenitudine declaramus et decernimus: totam ordinariam Episcopi jurisdictionem, quae vacua Sede Episcopali ad Capitulum venerat, ad Vicarium ab ipso rite constitutum omnino transire; nec ullam hujus jurisdictionis partem posse Capitulum sibi reservare, neque posse ad certum et definitum tempus Vicarium constituere multoque minus remove, sed eum in officio permanere quousque novus Episcopus Litteras Apostolicas de collato sibi Episcopatu Capitulo, juxta Bonifacii VIII Praedecessoris Nostri Constitutionem*), vel Capitulo deficiente, ei exhibuerit, qui, ad normam SS. Canonum, vel ex speciali S. Sedis dispositione, vacantem Dioecesim administrat, vel ejusdem Administratorem, seu Vicarium deputat.

Quamobrem pro nullis habendae sunt limitationes, seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus adjectae a Capitulo electioni Vicarii Capitularis, qui idcirco, iis non obstantibus, officium semel sibi rite collatum, toto tempore, quo Sedes Episcopalis vacua fuerit, totamque ordinariam jurisdictionem Episcopalem libere et valide exercere perget, donec novus Episcopus Apostolicas canonicae suae institutionis Litteras, ut diximus, exhibeat.

Hac autem occasione declaramus etiam, et decernimus ea, quae a Gregorio X Decessore Nostro in Concilio Lugdunensi 2^o de electis a Capitulis, constituta sunt **) comprehendere etiam nominatos, et praesentatos a Supremis publicarum rerum Moderatoribus, sive Imperatores sint, sive Reges, sive Duces, vel Praesides, et quomodocumque nuncupantur, qui ex S. Sedis concessione, seu privilegio jure gaudent nominandi, et praesentandi ad Sedes Episcopales in suis respectivis ditionibus vacantes, abolentes idcirco, cassantes, et penitus annullantes usum, seu potius abusum sub quovis titulo, vel praetenso et asserto privilegio, quaesito colore, et quacumque causa, licet speciali et expressa mentione digna, in quibusdam Regnis seu regionibus praesertim longinquis invectum, quo Capitulum Ecclesiae Cathedralis vacantis obsequens invitationi seu mandato, licet verbis deprecatoriis concepto, supremae civilis potestatis concedere, et transferre praesumat, ac de facto concedit et transfert in nominatum et praesentatum ad eandem Ecclesiam illius curam, regimen et administrationem, eamque nominatus et praesentatus sub nomine Provisoris, Vicarii Generalis, aliove nomine gerendam suscipit ante exhibitionem Litterarum Apostolicarum, uti superius dictum est, de more faciendam, remoto proinde Vicario Capitulari, qui ex juris dispositione toto tempore vacationis Ecclesiae eam administrare, ac regere debet. Confirmantes autem alia etiam Decessorum Nostrorum, et praesertim sa: me: Pii VII Decreta et dispositiones, declaramus et decernimus, ut si interea Vicarius Capitularis decesserit, aut sponte sua muneri renuntiaverit, aut ex alia causa officium ipsum legitime vacaverit, tunc Capitulum, vel Capitulo deficiente, qui potestatem habet deputandi vacantis Ecclesiae Administratorem, seu Vicarium, novum quidem Vicarium, vel administratorem eligat, nunquam vero electum in Episcopum a Capitulis, aut a laica potestate nominatum seu praesentatum ad dictam Ecclesiam vacantem, cujus electionem ac deputationem, si eam Capitulum, vel alius, uti supra, peragere praesumpserit cassamus, annullamus, et omnino irritam declaramus.

Confidimus autem Dignitates, et Canonicos Cathedralium Ecclesiarum vacantium, ac illos qui, deficientibus Capitulis, Vicarios deputant, aut vacantes Ecclesias legitime administrant, plene exequenturos quae hisce Nostris Litteris declarata et decreta sunt; ubi vero, quod Deus avertat, ea exequi detrectaverint, ac concedere et transferre in nominatum et praesentatum ad eandem Ecclesiam ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine, quaesito colore ausi fuerint, praeter nullitatem jam decretam praedictae concessionis et translationis, praefatos Canonicos ac Dignitates excommunicationis majoris, nec non privationis fructuum Ecclesiasticorum beneficiorum quorumcumque, aliorumque reddituum Ecclesiasticorum per eos respective obtentorum, similiter eo ipso incurrendis poenis innodamus, et innodatos fore decernimus, et declaramus; ipsarumque poenarum absolutionem seu relaxationem Nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specialiter reservamus.

In easdem poenas pariter reservatas ipso facto incurrunt nominati, et praesentati ad vacantes Ecclesias, qui

*) Extravag. Injunctae de Electione inter comm.

**) Cap. Avaritiae de Electione in 6^o.

earum curam, regimen, et administrationem suscipere audent ex concessione, et translatione a Dignitatibus et Canonicis aliisque, de quibus supra, in eos peractam, nec non ii, qui in praemissis paruerint, vel auxilium, consilium, aut favorem praestiterint, cujusque status, conditionis, praeminentiae, et dignitatis fuerint.

Praeterea Nominatos, et praesentatos jure, quod eis per nominationem et praesentationem forte quaesitum fuerit, decernimus eo ipso privatos.

Si vero aliqui ex praedictis Episcopali caractere sint insigniti in poenam suspensionis ab exercitio Pontificalium, et interdicti ab ingressu Ecclesiae ipso facto, absque ulla declaratione incidunt, S. Sedi pariter reservatam.

Insuper quaecumque a sic nominatis et praesentatis in administrationem vacantium ecclesiarum intrusis fiant, mandentur, decernantur et ordinentur cum omnibus et singulis inde quovis modo sequutis, et quomodocumque sequuturis omnino nulla, invalida, inania, irrita, et a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, et de facto praesumpta, nulliusque valoris, momenti, et efficaciae esse, et perpetuo fore tenore praesentium declaramus et decernimus, illaque damnamus et reprobamus.

Haec volumus, statuimus, ac mandamus, decernentes has Nostras Litteras, et omnia in eis contenta nullo unquam tempore a nemine cujusque conditionis, et dignitatis etiam Imperialis, et Regiae, sub quovis titulo, quaesito colore, ac praetenso et asserto privilegio, quod si forte sit, cassamus, et annullamus, infringi, impugnari, vel in controversiam revocari posse, sed semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus semper sortiri et obtinere debere. Non obstantibus Apostolicis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Nostris et Concellariae Apostolicae regulis, praesertim *de jure quaesito non tollendo*, caeterisque etiam speciali mentione dignis contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut facta harum Litterarum publicatione per affixionem transumptorum ad valvas Basilicarum Urbis, omnes ubique Fideles, ad quos spectat, qui quomodocumque noverint eas, prout dictum est, Romae fuisse promulgatas, ad earum executionem perinde obstringantur, ac si personaliter singulis notificatae fuissent.

Volumus pariter, ut earundem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum declarationis, decisionis, annullationis, irritationis, statuti, praecepti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Septuagesimo octavo, quinto Kaendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo octavo.

F. CARD. ASQUINIUS

C. GORI SUBDATARIUS

VISA

DE CURIA J. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco † Plumbi.

I. CUGNONIUS

Reg. in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Millesimo Octingentesimo Septuagesimotertio Die vero V. Mensis Octobris Indiction I. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Pii Divina Providentia Papae IX. Anno XXVIII supradictae Litterae Apostolicae affixae et publicatae fuerunt ad Valvas Basilicarum majorum Urbis per me Vincentium Benaglia Apostolicum Cursorem.

Philippus Ossani Magister Cursorum.

Die Wiederverleihung des Pfarrer Hölzlin'schen Stipendiums betr.

Nro. 8675. In der Stiftung des Pfarrer Hölzlin ist mit dem 15. October l. J. ein Stipendium von jährlich 200 fl. für einen Theologen aus Schönau im Wiesenthal frei geworden. Sind keine aufnahmefähigen Bewerber aus Schönau vorhanden, so tritt freie Verleihung an einen andern Theologen ein. Die Bewerber haben sich unter Vorlage ihrer Zeugnisse binnen sechs Wochen anher zu melden.

Freiburg, den 30. October 1873.

Erzbischöfl. Capitels-Vicariat.

Die Wiederverleihung des Decan Hirt'schen Stipendiums betr.

Nro. 8348. Das Decan Hirt'sche Stipendium mit jährlich 50 fl. für Bürgeröhne der Gemeinde Sunthausen und Pfohren, welche Willens sind römisch-katholische Theologie zu studiren, kommt mit dem 31. Dezember l. J. in Erledigung. Zwischen den genannten Gemeinden findet ein Wechsel im Genusse statt, und kommt diesmal die Gemeinde Pfohren an die Reihe bezw. es haben Studirende aus dieser Gemeinde den Vorzug. Die Bewerber haben ihre Bittgesuche unter Anschluß der Tauf-, Sitten- und Studienzeugnisse innerhalb sechs Wochen durch die katholischen Stiftungscommissionen in Pfohren und Sunthausen bei dem Erzbischöfl. Capitels-Vicariat einzureichen.

Freiburg, den 23. October 1873.

Erzbischöfliches Capitels-Vicariat.

Nro. 8486. Das Decan Hirt'sche Stipendium mit jährlich 60 fl. für Bürgeröhne der Stadt Stockach, welche Willens sind römisch-katholische Theologie zu studiren, ist in Erledigung gekommen. Die Bewerber um dasselbe haben ihre Bittgesuche unter Anschluß ihrer Tauf-, Sitten- und Studienzeugnisse innerhalb sechs Wochen durch die kathol. Stiftungscommission Stockach bei dem Erzbischöfl. Capitels-Vicariat einzureichen.

Freiburg, den 23. October 1873.

Erzbischöfliches Capitels-Vicariat.

Pfründeausschreiben.

Nachstehende Pfründen werden anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

I.

Schliengen, Decanats Neuenburg, mit einem Einkommen von beiläufig 1600 fl. und mit der Verbindlichkeit, einen Vicar zu halten, den Meß- und Communionwein zu stellen und eine Provisoriumschuld von 71 fl. durch eine jährliche Zahlung von 71 fl. auf Kapital und 5%igen Zins abzutragen. Zur Unterhaltung des Vicars, sofern wirklich ein solcher angestellt ist, leisten der Capellenfond in Mauchen und der Frühmeßfond in Schliengen einen jährlichen Beitrag von 350 fl.

Gwattingen, Decanats Stühlingen, mit einem Einkommen von beiläufig 1500 fl. und mit der Verbindlichkeit, einen Vicar zu halten.

Sorben, Decanats Breisach, (wiederholt) mit einem Einkommen von 800 fl.

Die Bewerber um diese Pfründen haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Königliche Hoheit den Großherzog gerichteten Bittgesuche um Präsentation von Seite Allerhöchstdesselben innerhalb sechs Wochen bei Großherzoglichem Ministerium des Innern einzureichen.

II.

Säckingen, Decanats Wiesenthal, Pfarrei, mit einem Einkommen von beiläufig 1800 fl. und mit der Verbindlichkeit, zwei Provisoriumsreste im Gesamtbetrag von circa 33 fl. innerhalb drei Jahren abzutragen.

Die Bewerber um diese Pfründe haben sich innerhalb sechs Wochen mit ihren mit den erforderlichen Zeugnissen belegten Bittgesuchen um Verleihung an Seine Bischöflichen Gnaden, den Hochwürdigsten Herrn Erzbischofshumverweser zu wenden.

III.

Büßlingen, Decanats Eugen, mit einem Einkommen von beiläufig 1350 fl. und mit der Verbindlichkeit, eine Provisoriumsschuld vor ursprünglich 526 fl. 6 kr., welche auf 1. Januar 1874 noch circa 220 fl. betragen wird, durch eine jährliche Zahlung von 50 fl. auf Kapital und 4½%igen Zins zu tilgen. Der Pfründinhaber hat sich die Kostrennung des Filiales Schlatt a. R. gefallen zu lassen und einstweilen, bezw. so lange in diesem Filialsonn- und feiertäglicher Gottesdienst stattfindet, wozu die Gemeinde ein Fuhrwerk stellt, gegen eine Vergütung von 400 fl. aus dem Filialkirchenfond einen Vicar zu halten.

Obersäckingen, Decanats Wiesenthal, mit einem Einkommen von beiläufig 800 fl. und mit dem Anfügen, daß der Pfründinhaber eine mit 5% verzinsliche Schuld von ursprünglich 54 fl. 33 kr., wovon bereits zwei Termine bezahlt sind, durch eine jährliche Zahlung von 15 fl. abzutragen und insolange eine Pfarrwohnung nicht hergestellt ist, eine Miethzinsentschädigung von 50 fl. aus dem Pfarrkirchenfond Säckingen zu beziehen hat.

Die Bewerber um diese der Terna unterworfenen Pfründen haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Königliche Hoheit den Großherzog gerichteten Bittgesuche um Designation von Seite Allerhöchstdesselben innerhalb sechs Wochen bei Großherzoglichen Ministerium des Innern einzureichen.

IV.

Fischbach, Decanats Triberg, mit einem Einkommen von beiläufig 1050 fl.

Die Bewerber um diese Pfarrei haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten Bittgesuche um Präsentation innerhalb sechs Wochen an den Herrn Generallandesarchiv-Director Freiherrn Roth von Schreckenstein in Karlsruhe einzureichen.

Zu dem Ausschreiben der Münsterpfarrei in Constanz wird nachträglich bemerkt, daß dem künftigen Pfründnießer die Verbindlichkeit obliege, eine zu 5% verzinsliche Provisoriumsschuld von 137 fl. 42 kr. Kosten für Einrichtung der Wasserleitung im Pfarrhaus durch eine jährliche Zahlung von 30 fl. auf Kapital und Zins abzutragen.

Pfründebefetzungen.

Seine Königliche Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von Seiner Bischöflichen Gnaden dem Hochwürdigsten Herrn Erzbischofshumverweser in Vorschlag gebrachten drei Bewerber den bisherigen Caplan Carl Lorenz Zimmermann in Waldkirch auf die Pfarrei St. Blasien, Decanats Waldshut, designirt und hat derselbe den 25. September l. J. die canonische Institution erhalten.

Seine Bischöflichen Gnaden der Hochwürdigste Herr Erzbischofshumverweser haben die Pfarrei Bimbuch, Decanats Ottersweier, dem bisherigen dortigen Pfarrverweser Wilhelm Gustenhoffer, Pfarrer von Urach verliehen und ist derselbe den 5. October l. J. daselbst investirt worden.

Seine Bischöflichen Gnaden der Hochwürdigste Herr Erzbischofshumverweser haben die Pfarrei Mundelfingen, Decanats Billingen, dem seitherigen Beneficiaten und Pfarrverweser Johann Georg Gruber an der Münsterpfarrei in Constanz verliehen und hat derselbe den 8. October l. J. die canonische Institution erhalten.

Seine Königliche Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von Seiner Bischöflichen Gnaden dem

Hochwürdigsten Herrn Erzbisthumsverweser vorgeschlagenen drei Bewerber den bisherigen Pfarrer Decanats-Verweser Franz Matthäus Kemp in Wentheim auf die Pfarrei Gerlachshheim, Decanats Lauda, designirt, und hat derselbe den 8. October l. J. die canonische Institution erhalten.

Dem von Seiner Königlich Hohheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf das Caplaneibeneficium in Allensbach, Decanats Constanz, präsentirten bisherigen Pfarrverweser Carl Klein in Hartheim wurde 27. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Dem von Seiner Königlich Hohheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Mahlberg, Decanats Fahr, präsentirten bisherigen Pfarrverweser Josef Feig in Schwaningen wurde den 29. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Diensternennungen.

Vom venerabeln Landcapitel Bruchsal wurde Stadtpfarrer Aloys Schuh in Bruchsal zum Definitor gewählt und durch Erlaß Erzbischöfl. Capitel-Vicariates vom 2. October Nro. 7767 bestätigt.

Vom venerabeln Landcapitel Gernsbach wurde Pfarrer Reinhard Stromayer in Forbach zum Definitor gewählt und durch Erlaß Erzb. Capitel-Vicariats vom 9. October Nr. 8011 bestätigt.

Anweisung der Pfarrverweser und Vicare.

- Den 25. Septbr.: Wilhelm Kurz, Pfarrverweser in Gengenbach i. g. E. an die Münsterpfarre in Constanz.
Den 2. October: Julius Krug, Pfarrverweser in Mundelfingen i. g. E. nach Oberwinden.
Philipp Gerber, Pfarrer in Oberwinden mit Abjenzbewilligung als Pfarrverweser nach Wiehre.
Karl Fehrenbach, Pfarrverweser in Wiehre als Caplaneiverweser nach Neuenburg.
Moriz Meier, Pfarrverweser in Niedheim als Caplaneiverweser nach Horheim, Pfarrei Schwerzen.
Den 13. October: Benedikt Feederle, Caplaneiverweser in Allensbach als Pfarrverweser nach Espasingen.
Den 16. October: Wilhelm Schuh, Beneficiumsverweser in Heidelberg als Pfarrverweser nach Hettingen.
Engelbert Damal, Vicar in Ettlingen als Beneficiumsverweser nach Heidelberg.
Leopold Reim, Vicar in Hasmersheim i. g. E. nach Ettlingen.
Martin Keller, Vicar in Lichtenthal i. g. E. nach Hasmersheim.
Ignaz Staiger, Vicar in Hettingen i. g. nach Lichtenthal.
Den 28. October: Karl Knöbel, Pfarrverweser in Hinterzarten i. g. E. nach Schwaningen.
Franz Josef Wenzel, Pfarrverweser in Mahlberg i. g. E. nach Gailingen.
Albert Landolt, Pfarrverweser in Schwandorf i. g. E. nach Hinterzarten.
Max Hochweber, Vicar in Kirchhofen als Caplaneiverweser nach Markdorf.
Hermann Steiert, Vicar in Oberkirch i. g. E. nach Gengenbach.
Ignaz Vott, Vicar in Gailingen i. g. E. nach Kirchhofen.
Karl Welte, Vicar in Kleinlaufenburg i. g. E. nach Oberkirch.
Den 30. October: Hermann Gänshirt, Pfarrverweser in Moosbrunn i. g. E. nach Oberöwisheim.

Sterbfälle.

Den 20. October: Johann Baptist Gleichmann, Definitor, Pfarrer in Walldorf.

R. I. P.

Die hochwürdigen erzbischöflichen Decanate und Pfarrämter werden ersucht, die noch rückständigen Collectengelder für den Bonifaciusverein längstens bis Mitte December d. J. anher einzusenden.

Die Bonifaciuskasse-Verrechnung.